



**G**erhardus ex illustri familia comitum Holsatiae patre Heinrico prognatus est. Is adeo rerum bellicarum peritia & omnis generis uirtutibus excelluit, ut Magni cognomen apud Saxones & Danos impetrarit. In adolescētia sua tenuioris fortunae existens in Rēdesburgh habitauit, atque uenationi deditus fuit. postea bellorum fortunam secutus plerumque uictor extitit, atque res maximas hinc inde peregit. Itaque maximi principes in bellorum administratione eum suarum copiarum ducem legerunt, ac quicquid petierunt huius fortissimi uiri fortitudine impetrarunt. Hinc etiam factum, ut Gerhardus anno 1250 multarum regionum

accessione inter ditissimos comites connumeratus fuerit. Tandem cum in Cymbrica Chersoneso bello interesset, atque in medio hostium agmine fortiter pugnaret, multitudine circumuentus oppressus est. Crantz.